Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



uel diuina praeconia iaculantur. quas sagittas ardentib: operantur ē. id est
qui percussi diuino amore flagrarent. quae enim alias sagittae percussa ē quae dicē
inducite me in domum uini, constituite me inter unguenta confuprate me inter
mella quōm uulnerata caritate ego sum quib: alius sagittis accenditur. Quid redire ad
dm̄ cupiens. et abi ista peregrinatione remeare aduersus dolosas linguas petitau
xilium et eidicitur; Quid dicitur ubi aut quid adiciatur ubi aduersus linguam
dolosam sagittae potentes acute cum carbonib: uastatoribus: id est quib: pcus
sus atq: inflamatus tanto amore ardeas regni caelorum. Ut omnium resistentiu
et apposito reuocare uolentium linguas contemnas. et persequutiones eorum deridens
dicens: quis me separabit a caritate xpi. tribulatio. an. angustia. an persequutio. an
fames. an nuditas. an periculum. an gladius certus sum enim inquit quia neq:
mors: neque uita neq: angeli. neq: principatus. neq: praesentia. neq: futura
neq: uirtutes. neq: altitudo. neq: profundum neq: creatura alia poterit nos se
parare a caritate dei. Quae ē in xpo iesu dno nro. sicut ardentib: sagittis suas operantes ē.
Nam in greco exemplarib: inuenitur sagittis suas ardentib: operantur est. Lati
na autem plenis quae ardentes habent sed siue ipsae sagittae ardeant siue arde
re faciant Quod utrq: non possunt nisi et ipsae ardeant. Integer sensus ē, sed
quia non sagittas tantum sed et iam uasa mortis dixit ma. cum dnm̄ parasse. Quae
ri potest quae sint uasa mortis.. aut forte heretici. Nam et ipsi exeo dem arcu.
id est ex eisdem scripturis in animas non caritate inflammandas seduenenis
perimendas insiliunt quod non contangit nisi promertis; Propterea diuinae
prudentiae et iamistae dispositio tribuenda ē. non quia ipsa peccatores facit sed
quia ipsa ordinat cum peccauerint; malo enim uoto p peccatum legentes
male coguntur intellegere. ut ipsa sit poena peccati quorum tamen mor
te filii catholicae ecclesiae tamquam quib: dam spinis a somno excitantur.
et ad intellegentiam diuinarum scripturarum proficiunt. Oportet enim et
heresis ēe. ut probati inquit manifesti fiant inter uos. hoc ē inter homines
cum manifesta sint do; an forte eaedem sagittae et uasa mortis disposuit
ad pniciem infidelium. et ardentes uel ardentib: operantur ē. ad exerci
tationē fidelium. non enim falsum ē. qd apostolus dicit. alius sumus odor uitae
in uitam. alius odor mortis in mortem. et ad haec quis idoneus. Non ergo
mirum si idem apostolus et uasa mortis sunt eis a quib: psequtione passi sunt.
et ligneae sagittae ad inflammandas corda credentium. post hanc autem dis
pensationem iustum uenit et iudicium. de quo tacet dicit; ut intellegamus
unicuiq: homini supplicium fieri de peccato suo. et eius iniquitatem in poenā.

conuerti.